

Stephanus Galdeti

⟨*Note ex Gregorio*⟩

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
12.08.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

(Note ex Gregorio)

P1 26r,
P2 54v

|| GREGORIUS in secundo contra possibilitatem multitudinis conversionis rei in rem substantialiter quoad alica argumenta ut patet.

Probat GREGORIUS in 2, distinctione 18, opus multiplicationis
5 esse impossibile sic quod costa Ade non fuit facta corpus Eve per multiplicationem. Probat igitur assumptum sic: sit A nomen alicuius preordinationis materie que debuit multiplicari et fieri maior secundum substantiam et quantitatem. Et sit B nomen preordinationis maioris in quam A preordinatio materie multiplicata est. Tunc arguitur sic: aut
10 in B est aliquid quod nec est nec fuit in A nec pars eius, aut non est aliquid in B quod non fuit in A, vel A, vel pars eius. Si detur primum, igitur A non est factum maius sine additione alterius.

Propterea, vel illud additum fuit aliquid, vel non. Si aliquid, et non fuit A nec pars eius, igitur B est factum per compositionem istius ad
15 illud quod est vel fuit A. Et sic illud opus non est opus multiplicationis quo ex alico fiunt alica. Si vero illud additum non fuit aliquid, igitur ipsum factum est de nichilo.

Si vero dicatur quod in B, quod non fuerit in A, vel A, vel pars eius, igitur in ipso B nichil plus est quam sit in A, et per consequens nulla
20 multiplicatio facta est nec B est maius secundum substantiam quam fuit A, et sic, ut videtur, talis multiplicatio est impossibilis.

Secundo: aut A in hoc opere penitus desinit esse, et tunc sequitur quod ipsum est annihilatum, et tunc sequitur quod A est factum de nichilo, ut prius, et sic huius multiplicatio nichil aliud erit quam
25 annihilatio unius et creatio alterius; aut non penitus desinit esse, et tunc vel ipsum vel aliquid eius remansit, et tunc vel illud quod remansit, vel est ipsum B, vel pars eius. Si est B, igitur per hoc opus non est factum aliquid quod prius non esset. Si autem est pars ipsius B, igitur aliquid aliud est in B quod non est factum ex A, igitur non de A precise
30 factum est B. Eodem modo improbatur econverso unio quo scilicet poneretur ex maiori fieri minus.

Pro utroque autem simul arguitur: sive enim ex A fiat || B per P2 55r

2-3 Gregorius — ut patet | *add. in marg. P1* 3 substantialiter | *ac add. sed del. P1* 5 quod | *cons add. sed del. P1* 7 multiplicari | *est add. sed del. P1*
11 in² | *sup. lin. P1* vel¹ | *vel add. sed del. P2* 13 propterea | *probat P2* 18 quod¹ | *ipsum add. sed del. P1* vel A | *om. P2* 19 B | *om. P2*
20 multiplicatio | *est add. sed del. P2* secundum | *substantiam add. sed del. P2*
23-25 et tunc — desinit esse | *om. hom. P2* 24 huius | *adnichilatio add. sed del. P1* 28 factum | *† add. sed del. P2*

multiplicationem sive econverso ex B fiat A per unionem. Tunc sic: aut materia ex qua finaliter desinit esse, et tunc materia que fit ex nichilo creatur, aut non desinit esse; et tunc, cum in neutro modo factionis secundum istam positionem aliqua preordinatio materie creetur vel
 5 annichiletur, sequitur quod eadem ipsa materia primo est illa que fit et ex qua fit, quod est impossibile, igitur illa positio impossibilis.

Posset responderi ad hoc quod hoc desinit esse quod est, non tamen desinit esse quia incipit esse illa que utique est aliquid. Et ideo ipsa non annichilatur nec illa que fit ex nichilo fit, quia priusquam fieret fuit
 10 aliquid sed non fuit illud quod ipsa fit nec etiam fit de aliquo quia

ipsa desit esse quod prius ipsa fuit. Et hec solutio vel responsio trahitur ex verbis HUGONIS *De sacramentis*, libro 1, parte 6, capitulo penultimo et ultimo.

Sed contra. Primo, contra illud quod ipsa desit esse quod est, et
 15 tamen non desit esse, hec non videtur intelligibile, nam quamvis alicares possit desinere esse qualis aut quanta est esto quod non desinat esse, et sic de omnibus consimilibus que de ipso accidentaliter predicantur, impossibile tamen est quod id quod est desinat esse id quod est et non desinat esse. Ipsum enim non est nisi ipsum, cum igitur impossibile sit
 20 ipsum non esse ipsum impossibile est ipsum desinere esse ipsum quin desinat esse.

Propterea, demonstretur: precise ipsum quod est hec materia A, aut hoc desinit esse, et habetur propositum; aut non desinit esse, igitur hoc erit post hoc instans, et tunc sequitur quod eodem ipso penitus
 25 demonstrato verum erit post hoc instans dicere ‘hoc est’, quia si non, sed tantum de alio ab illo erit verum dicere ‘hoc est’, sequitur quod nunc de hoc non est verum dicere ‘hoc erit’, quia de nullo vere dicitur quod erit precise, quia quoddam aliud ab illo erit, alias de nunc annichilato erit verum dicere quod erit, et per consequens quod non annichilatur,
 30 et sit contradictio.

Si autem eodem penitus demonstrato vere dicitur ‘hoc erit’, igitur et tunc vere dicitur ‘hoc est’ eodem demonstrato, ymo ‘hoc est hoc’ eodem demonstrato per subiectum et predicatum, nam si esset verum alio demonstrato, tunc aliquid esse aliud a se foret possibile. Si autem

8–9 et ideo — nichilo] sed non fuit illud quod ipsa fit nec etiam P2 16 est] om. P2 18 id¹] illud P2 id quod est] sup. lin. P1 id²] illud P2 19 nisi] non concludit in marg. P1 20 ipsum²] possibile add. sed del. P2 22 propterea] probatur P2 precise ipsum] tr. P2 23 aut] d add. sed del. P2 24 erit] vera add. P2 31 dicitur] dicitur a. c. P1 erit] p. c. sup. lin. P1 ; est a. c. P1

sic capiendo hec erit vera ‘hoc est hoc’, igitur nunc est vera || ‘hoc est hoc’, et per consequens hoc non desinit esse hoc, et per consequens non incipit esse aliud, alias simul hoc esset hoc et aliud quam hoc, quod non est concedendum. P2 55v

5 || De transubstantiatione habet parvum reportatum a magistro Raymundino in quadam parva papiro theologica mixta P1 26v

Si autem dicatur quod illa materia que fit B priusquam fieret B fuit aliquid, puta A, igitur B prius fuit A, igitur B priusquam fieret, quod est falsum.

10 Item, si B prius fuit A, igitur A prius fuit B. Impossibile est enim in terminis absolutis mere quin si B prius fuit A, quin A prius fuit B, et tunc A est B et B non est aliud ab A.

Propterea, si B fuit A vel illud quod est B fuit A, et tunc igitur ipsum quod fuit A est B, quod concedunt. Sed si sic, igitur impossibile est
15 Deum resuscitare idem A numero quin destruat ipsum B. Consequens est falsum. Probo consequentiam, quia si Deus potest reparare A non destruendo B, hoc precise erit recreando ipsum A, quia non per reconversionem ipsius B in A quoniam B tunc destrueretur. Sed quod non possit per recreationem probatur, quia secundum opinionem A non
20 est redactum in nichil, igitur non potest recreari nisi prius B redigatur in nichil. Et non potest redigi in nichil nisi prius habeat esse vel ipsum B redigatur in nichil, et per consequens destruat.

Propterea, si potest recreari, ponatur in esse hoc posito, verum est dicere quod ipsum penitus quod fuit A modo est A, alias non esset idem
25 numero A. Sed per concessum illud idem numero quod fuit A est modo B. Ex quo sequitur quod idem ipsum modo demonstratum A est B, et per consequens B non est alia essentia quam A ac per hoc cum A fiebat B non alia essentia quam A erat, et sic A non desinebat esse id quod erat. Contra: datum A sic opinante.

30 Rursus constat quod A fuit quedam essentia singularis nullis inter se distinctis communis, sicut nec modo est communis aliquibus pluribus. Igitur si ipsa est idem factum quod fuit, omne quod ipsa modo factum est ipsa, et per consequens id quod est B factum est A, igitur B transivit in A et est destructum, quod autem consequens illud sit falsum videtur
35 manifestum.

2 non¹ | *sup. lin. P1* **3** hoc² | *hoc add. P2* **5–6** transubstantiatione — mixta | *in marg. sup. P1* **6** parva | *sup. lin. P1* **11** B prius fuit | *p. c. sup. lin. P1* ; prius fuit B a. c. P1 ; B prius fuit P2 **12** tunc | B est *add. sed del. P1*
13 propterea | probatur P2 **18** quoniam | a *add. sed del. P2* **19** quia | quod P2 **20** B | *sup. lin. P2* **23** propterea | probatur P2 **28** non¹ | *sup. lin. P1* **31** distinctis | communis *add. sed del. P2*

Probatur tamen quia ponatur quod postquam A factum fuit B et alia portio materie, videlicet C, sit facta B, et similiter quedam alia portio, ut D, sit facta eadem || ipsa portio B. Totum enim hoc est possibile secundum illam viam. Hoc posito si A non potest reparari quin destruatur B, hoc ideo precise erit, quia A non potest reparari nisi fiat ex B seu nisi B vel illud quod est B et fuit A transeat in A, igitur hoc facto C reparari non poterit nisi destruatur A et non quod transivit B, et per consequens illud quod fuerat C. Et per consequens impossibile erit ut simul sint in rerum natura A et C et idem individuum erit de C et D, et aliis quotcumque que transissent in B. Hoc autem omnino videtur absurdum cum non habeant impossibilitatem ad esse plusquam ante habebant ante eorum transitus in B.

P2 56r

Propterea secundum opinionem ex uno possunt per multiplicationem fieri multa. Ponatur ergo quod ex A fiant B, C, D, et sic ipsum omnino idem est B, C, D, et per consequens non sunt multa ad inicem communicata.

Propterea sic econverso quod ex aliquibus distinctis fiat unum per unionem, ut ex B, C, D fiat A, tunc sequitur quod ipsum quod A fuit B, et fuit C et D, et per consequens vel A non est unum tale, sed plura vel illa non fuerunt plura, sed unum cuius utriusque oppositum ponitur.

Uterius ad dictum quo dicitur quod illud quod fuit desinit esse quod prius fuit quando esse incepit hoc quod prius non fuit, videtur fundari super falsa ymaginatione, videlicet quod sicut quando aliquod album fit nigrum, ubi est aliquod commune subiectum quod simul desinit esse album et incipit esse nigrum, sic in tali transitu essentie in essentiam est aliquod commune quod prius est aliqua esse et post est A. Sed hec ymaginatio est falsa, quoniam non sic est aliquid id quod est per aliud a se distinctum quod sit in ipso sicut aliquid est album per aliquid a se distinctum.

Propterea posset consimiliter argui de illo causaliter ymaginato quod prius est hoc postea illud, nam illud non minus subdividitur divine omnipotentie quam illa extrema, et sic poterit transire in quoddam aliud, et tunc vel erit processus in infinitum vel non || desinit esse quod est, nisi simpliciter desinat esse.

P2 56v

|| De visione rerum in verbo duplum cum verbum non sit totalis

P1 27r

7 et non | in P2 9 ut | quod P2 10 omnino videtur | tr. P2 videtur |
omnino add. P1 13 propterea | probatur P2 17 propterea | probatur P2
per | uno add. sed del. P2 18 quod¹ | per P2 19 sed | proba add. sed del.
P2 23 videlicet quod | sup. lin. P1 30 propterea | probatur P2

cognitio huius rerum, sed oporteat ibi ponere cognitionem creatam mediam. Oportet dicere cum noviter a beato res in verbo videtur visionem verbi in eo intendi vel visiones multiplicari.

Et tunc si quilibet visio verbi sit beatifica nullus poterit sic noviter
 5 res videre nisi fiat beatior propter quod poni posset duplex poni visio verbi una absoluta verbi in se et suarum perfectionum alia verbi ut speciei respectu visorum in ipso. Et hoc posset dici non beatifica unde AUGUSTINUS beatus “qui videt te et alia non tamen propter illa sed propter te beatus”.

10 Si vero diceretur eadem omnino visione videri verbum primo modo et secundo, ymo omnino eodem modo videre beatum ante et post absque intensione visionis ac multiplicationis visionum, tunc sine dubio foret transitus de contradictorio in contradictorum absque nove rei acquisitione contra articulum. De hiis varia et multa dicuntur etc.

15 Oportet dicere alterum quattuor vel quod verbum sit huius visio formalis et totatis et nulla sit media creata visio vel quod huius visio verbi preexistens augeatur vel quod multiplicentur visiones verbi.

Vel quod non quilibet visio verbi, puta ut speciei sit beatifica vel quod talis fiat beatior vel quod sit transitus de contradictorio in
 20 contradictorium absque nove rei acquisitione.

|| De divinis actionibus aliqua hic colliguntur cum creata voluntate P1 28r
 specialiter

Fac ad infra convenienter addo de multis voluntatis

25 Iuxta communem ymaginationem quod totali multitudini specierum possibilium correspondet ymaginatio linea A non gradu essendi simpliciter versus summum cui est applicabilis huius multitudo vel cui sunt aplicabiles huius species propter quod huius multitudo dicitur communi vocabulo latitudo aliqua sunt ponenda que ad huius ymaginationem convenienter sunt dicenda.

30 || Primo quod cuilibet speciei huius multitudinis correspondet aliqua pars illius linee sive longitudinem ex quo ulterius quamlibet speciem esse divisibilis perfectionis. P2 57r

Uterius sequitur quod perfectiori speciei maior pars vel portio illius longitudinem vel latitudinem correspondet.

35 Uterius sequitur cum cuiuslibet linea pars finita ad partem finita sit proportionalis et comparabilis in alicia certitudine proportionem numerabili

5 poni² | om. P2 8 qui | te add. sed del. P2 12 intensione | us add. sed del. P2 20 rei | p. c. P1 21-22 de divinis — specialiter | in marg. sup. P1
 23 fac — voluntatis | in marg. sup. P1 ; om. P2

quod sic erit de speciebus et sic una dupla ad aliam etc.

Uterius etiam econverso sequitur quod cuilibet portioni illius lineae correspondet aliqua species possibilis. Patet ex quo totalis multitudo specierum huius est illi toti lineae adequate applicabilis.

5 Ex quo ulterius secuuntur tria a tenentibus dictam ymaginationem non debere concedi quinyimo negari.

Primo iuxta illam ymaginationem tenendum nullas duas species esse aut posse esse immediatas quin inter eas possit esse media. Patet, nam in nulla linea possunt due partes signari quarum una sit maior alia
10 indivisibiliter vel quin inter maiorem et minorem possit fieri una maior minore et minor maiore notum est.

Patet etiam quia nulla quanta se excedunt excessu indivisibili, et per consequens nec due species, igitur si ille excessus sit divisibilis, poterit dari minor quo aliqua species que exceditur a maiori excedet minorem,
15 ymo cum infinitum divisibilis excessus ille sequitur.

Sequitur ulterius inter quaslibet duas species infinitas posse esse. Patet hoc clare etiam ex principali illato ex quo nulle due sunt aut esse possunt immediate.

Ex quo ulterius patet quod tales in sequentes supradictam
20 ymaginationem ponentes inter aliquas duas species posse infinitas species vel infinitas posse et aliquas duas fore immediatas, puta lineam et superficiem etc. repugnanter opinantur.

Secundum quod sequitur est quod huius multitudo specierum vel perfectionum non dare minimum puta primam materiam. Probatur
25 ex ymaginatione, nam lineae ymaginarie non est dare ultimam partem cum qualibet parte sua medietas sit ulterior et inferior || et non gradu propinquior, igitur. Et per consequens medietati illius partis lineae que est magis propinqua non gradui correspondet species inferior. Potest etiam argui quia nullum quantum est immediatum non quanto, ymo
30 infinita media etc.

Et sit inter ipsam et non gradum non tot possunt esse species quin plures alias non cuilibet parti illius lineae corresponderet aliqua species possibilis quod repugnat principali ymaginationi. Repugnat etiam primo illato, nam sicut inter quaslibet duas species non tot quin plures possunt
35 esse non obstante superiorum finitate, sic non obstante finitate prime

P2 57v

4 huius] *om.* P2 7 primo] *primum add. in marg.* P1 9 due] *partes add. sed del.* P2 11 et] *maior add. sed del.* P2 12 etiam] *sup. lin.* P1
17 patet] *p. c. sup. lin.* P2 ; *ex a. c.* P2 23 secundum] *add. in marg.* P1
28–30 potest — media etc.] *in marg.* P1 32 lineae] *non add. sed del.* P1

materie inter ipsam et non gradum non tot quin plures esse possunt.

Ymo de facto sunt omnes vel multe species actuum et dico notanter vel multe propter actus vitales potissime beatitudinem. Sed forsitan possit dici primam materiam esse perfectionem entitatis, sed non rem meliorem
5 etc. extra propositum.

¶ Tertio secuuntur iuxta predictam ymaginationem de huius linea non esse possibilem supremam speciem Deo immediatam. Patet, nam ex opposito huius cum opposito precedentis illati sequeretur huius latitudinem et lineam cui talis multitudo correspondet esse intrinsece
10 terminatam et finitam alioquin daretur infinitum infra duos terminos.

Item, iuxta ymaginationem nullum quantum immediatum alteri excessu divisibili excederetur ab illo. Unde isti repugnanter opinantur aliquid imperfectorum esse immediatum Deo et excedi a Deo infinite et excessu ymaginarie divisibili.

15 Unde capiatur tota latitudo entis simpliciter a non gradu tunc essendi simpliciter usque ad summum gradum essendi simpliciter qui est Deus inclusive.

Ex alia parte capiatur tota latitudo entis possibilis vel creabilis a non gradu essendi contingenter usque ad illam supremam speciem inclusive.
20 Tunc iuxta istam ymaginationem iste latitudines essent immediate ut se excederent excessu indivisibili. Da inde quod excessu divisibili non sunt immediate etc.

Item posset ymaginari sicut de linea terminata ad aliquem punctum exclusive et inclusive et reliqua.

2 actuum] activitatum P2 4 meliorem] huc add. sed del. P1 6 tertio] tertium add. in marg. P1 7 immediatam] quia add. sed del. P2 11 nullum] omne a. c. P1 quantum] adequatum add. sed del. P2 alteri] nullo add. sed del. P1 15 tunc] om. P2 17 inclusive] sup. lin. P1 21 indivisibili — excessu²] om. P2 24 reliqua] etc. add. P2